

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

877. Qvinam sint textus in jure, & quinam Auctores de unione  
beneficorum ex professo speciatim tractarint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

## SECTIO SECUNDA

De unione, dismembratione, divisione, alteratione, suppressione, extictione beneficiorum.

CAPUT PRIMUM.  
DE UNIONE.

## PARAGRAPHVS I.

De natura, multiplicitate, & effectibus unionis beneficialis.

*Quæstio 877. Quinam sint textus in jure, & quinam AA. de unione beneficiorum ex professo speciatim tractarint?*

**R**espondeo ad primum: Nullum quidem existare in jure Canonico titulum de unione Ecclesiæ, seu beneficiorum. Azor. p. 2. l. 6. c. 28. ad initium. Plura tamen de ea statuisse Clementem V. in Clem. ult. de rebus Eccles. non alien. occasione eius, ad hunc textum, uti & ad eundem titulum in Decretalibus hanc materiam unionum beneficialium tractant AA. de qua quòdque aliqua existant in iure, sicut unitr. de excess. Prælator. in c. expositis. de præb. in c. 1. ne Sede vac. in c. cum venissent. de Institut. Ventrigl. to 2. annot. 8. §. 1. n. 1. Agit quoque Trident. de unione beneficiorum sess. 7. c. 6. sess. 14. c. 9. sess. 22. c. 18. sess. 24. c. 23. sess. 25. c. 9. Exstat etiam Regula 12. Vel aliis 13. Cancell. de revolutione unionum.

2. Respondeo ad secundum: Ex Auctoribus tractarunt hanc materiam particulari tractari, aut faltem, integris Capitibus & Paragraphis Caccalup. tr. de unionibus. Pet. de Ubaldis seu de Perusii simili tract. Rebuff. in pr. tit. de union. benef. & ad reg. 12. Cancell. Lancellot. in institut. Can. l. 2. tit. de union. Fulc. de visitat. l. 2. c. 26. Gamb. de offic. leg. l. 5. Rubric. 1. de potest leg. in intend. Riccius. in pr. fori Eccles. p. 1. resol. 385. & seq. Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 7. Azor instit. mor. p. 2. l. 6. c. 28. & seq. Barbos. juris Ecc. l. 3. c. 16. Sanch. in præcep. Decalog. to. 2. l. 7. c. 29. Tamb. de jure Abb. to. 3. d. 15. q. 1. Garc. de benef. p. 12. c. 2. Castrop. de benef. tr. 13. d. 6. p. 12. Lott. de benef. l. 1. q. 28. & 29. Joan. Chok. ad reg. 12. Cancell. Erafn. Chok. de juridict. Ordinat. in Exemp. p. 4. q. 131. Ventrigl. to. 2. annot. 8. & apud hunc plures alii.

*Quæstio 878. Quid sit, seu qualiter definatur unio beneficialis, & quomodo inter se differant unio, annexio, applicatio, incorporatione, subiectio, suppressio, extinctio, dismembratio?*

**R**espondeo ad primum: Unio hæc est Ecclesiæ, seu beneficiorum legitimâ Superioris au-

toritate facta conjunctio Garc. loc. cit. nu. 3. Castrop. loc. cit. §. 1. n. 1. Azor loc. cit. q. 1. Rebuff. loc. cit. num. 1.

2. Respondeo ad secundum: Unio nomen generale est, in potiore suo significatio dicens, seu continens in se suppressionem & extictionem tanquam accidentia, & praetambula ad perficiendam unionem, utpote per quam, ut paulo post dicemus, supprimitur & extinguitur titulus & denominatio beneficii uniti. Corrad. in pr. benef. l. 2. c. 8. n. 7. & 8. citans Mandos. ad reg. 12. Cancell. q. 1. n. 3. Hojed. de incompat. benef. p. 2. c. 3. n. 3. & remissive ad hos AA. Gonç. ad reg. 8. gl. 5. §. 7. nu. 155. ubi etiam, quod ab Hojeda & Mand. singulis hisce nominibus sua assignentur significata. De cetero suppressione & extictione valde differunt ab unione, annexione, & incorporatione. Corrad. vid. n. 6. ut patet, dum beneficialies tituli s̄pē supprimuntur & extinguntur non ad effectum unionis, sed v. g. ut eorum fructus deputentur im posterum fabrica, aut erectioni nova Ecclesia Collegiatæ Corrad. loc. cit. n. 16. & 12. Multoque magis patet, dismembrationem differre ab unione, ceterisque omnibus, cum non tā sonet, ex duobus fieri unum, quām ex uno fieri duo, absque eo, quod aliquid beneficii extinguatur, aut ex rerum natura tollatur. Sed neque omnis annexio, applicatio, aut etiam incorporationem unionem propriè talem insert; cum ratione aliorum titulorum, quām unionis, ob quos, v. g. Monasterium, vel Capitulum in Ecclesiæ Parochiale aliquam jus aliquod exercet, hæc ei suo modo annexa dicatur; quin & citta veram unionem fiat incorporatio, quā videlicet Monasterio, Collegio, dignitatibus corporati sunt redditus beneficii Parochialis, beneficio ipso, & sola congruā reddituum portione remanente penes presbyterum curā animarum exercentem. Quamvis, dum tam quod ad spiritualia, quām temporalia fieret Monasterio vel dignitatibus alicui talis incorporatio beneficii Parochialis, diceretur fieri propriè unio. Laym. ad c. 2. de suppl. negl. præl. nu. 7. Ac denique subjectio valde differt ab unione, uti & ab annexione & applicatione, dum non omnis unio, vel etiam applicatio importat subjectionem beneficij uniti; quia uniri potest beneficio alteri aquæ principali, in quo casu quodlibet retinebit sua jura & præminentias. Verum patet bunt hæc clarius ex sequentibus.

*Quæstio*